



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

374. Die sanctorum Innocentum. De 7. Visitationibus D. Jesv, & nocte bene
transigenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

litter horrent, quandoque tamen afflicti heroice depugnant: sunt tamen maximi in humano affectu vincendo, ut Joan. Evangelista, cujus puritas est maxima; sicut majus est flammis involutum non uri, quam in eremo sedere solitarium, & ab omni affectu remotum. Adeo dissimilis pretij est virtus impugnata à non impugnata. Plura in hunc sensum in Vita S. Gertrudis lib. 4. cap. 4. Verum, ne hic presumptio, & temeritas quidquam agat, & ego tunc non victor evadam, omnis illa amicitia humana, cujus advertere potero causam, & fundamentum non esse Deum, tam necessario super omnia mihi fugienda, quam virus cavetur lethale, ne insinuatione sui cor attrahat & vitiet. Hinc enim omnis est lapsus origo. Ad obtinendum hoc magnum donum, ad sacratissimam Eucharistiam accedam, de qua ait D. Chrysost. in Psalm. 22. *Paratur hac mensa adversus cupiditates & delectationes.*

MEDITATIO CCCLXXIV.

Die SS. Innocentium.

De 7. Visitationibus D. IESU, & nocte bene transigenda.

Aspiciam Dominum visitantem Ægyptum. Petam visitationum D. JESU particeps fieri,

Confi

664 Die SS. Innocentium.

Conf. 1. Domini visitationem in Incarnatione & Conceptione. Orabo & dicam, ô JESU, concipiantur omnia mea ex te.

2. In Visitatione Elisabeth. Orabo, & dicam: ô JESU, sanctifica me in veritate & Spiritu.

3. In Nativitate. Orabo, & dicam: ô JESU, da nasci tibi.

4. In Purificatione. Orabo, & dicam: ô JESU, non patiaris ullum Dagon in templo tuo.

5. In Fuga in Ægyptum, Orabo, & dicam: ô JESU, sicut superabundavit iniquitas, superabundet gratia.

6. Variè per triennium visitando homines, & curando. Orabo, & dicam: ô JESU, illumina me, & sana me, proponendo ei omnes morbos meos.

7. In descensu ad Limbum in morte uniuscuiusque, cujus beatæ visitationis particeps facti hodie Innocentes. Orabo & dicam. Ut mihi Dominus propitius sit in hora exitûs mei; ideoque Spiritum meum reddat innocentem. Quia somnus est mortis frater & imago, modum sancte noctem transigendi discam ex S. Gertrude lib. 3. cap. 52. Quæ inquieta noctu docta est orare per quietem triplicem Christi. 1. In sinu Patris. 2. In sinu Mariæ. 3. In corde justis & impetravit quiete.

Quod

De S. Thoma Cantuariensis. 665

Quod si quis non impetret, & post labores in somnum ducat noctem patienter, plus infinities mihi charus est, quam qui totâ nocte sanus oraret; ut gratius est, cum amicus excitatur à somno, ut cum amico colloquatur.

MEDITATIO CCCLXXV.

De S. Thoma Cantuariensi,

De consecrandis DEO injurijs etiam ignotis, etiam futuris.

Aspiciam S. Martyrem injurias Deo sacrificantem. Petam eum imitari.

Conf. 2. Nullus est tantus amicus Dei, qui qui non aliquam calumniam patiatur, ut patet in B. Virg & Christo, ac sanctis viris. Et quia, ut ait D. Cyprianus lib. 1. Epist. 11. *Nemo diu tutus est periculo proximus, ideo, ne labar, injurias Deo consecrabo, juxta illud Nazianz. in Poëm de Vitt. Patientia molestiarum delectio, & Theophil. in Luc. 21. Patientiam emittur anima.*

Conf. 2. Verba B. Baptista Veronæ. 4. part. Chron. S. Franc. O Deus meus, si mihi revelares omnia secreta tui sanctissimi cordis, & si mihi quotidie ostenderes omnes Hierarchias Angelicas, & si quotidie mortuos suscitarem, propter hoc non crederem me à te amari amore ineffabili: sed quando sentiam me à corde benefacere mihi male facientibus.

bus,